



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CLXII. De Malitia Pruthenorum scientium linguam Teuthonicam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

ANIMADVERSIO.

- (a) Alii legunt Stumandus ex confveta confusione literarum t. & c. ut dudum jam notavimus, legendum tamen esse Scumand non Stumand docet Jeroschinus, qui expresse scribit Skumand.
- (b) Codex Thoruniensis legit Niverik, addit tamen ab alii eum vocari WINRIK Jeroschinus quoque legit Nyverick.
- (c) Alii legunt Heymsfoht.
- (d) Idem Codex Thoruniensis habet Zippel. Jeroschinus, Zippfill.

CAP. CLXII.

*De**Malitia Pruthenorum scientium linguam Teuthonicam.*

HENRICUS (a) Monte Capitaneus Nattangiorum, & multi alii Prutheni, qui à pueritia nutriti fuerant circa fratres multa mala fecerunt tempore persecutionis hujus Populo Christiano, quia sæpissimè hoc accidit, quod quando exercitus infidelium pertransiit terminos fratrum, populus Christianus, qui ad castra confugere non poterat, in sylvis, rubetis & paludibus se occultavit, quod sentiens Henricus prædictus, assumptis sibi pluribus armigeris, accessit ad ea loca, ubi talia præsumebat, & habens verba pacifica in dolo ait voce Teutonica: si quis latitat hic exeat sine timore, quia exercitus infidelium jam recessit: cujus verbis dum fidem adhibendo exirent, ipse cum suis irruens in ipsos omnes cœperat vel occidit.

ANIADMVERSIO.

- (a) Henrici nomen ante hac in baptismo assumserat *Vid. Henneberg. pag. 13.*

CAP.